

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio ag
cum fonte primo

Quomodo.

Hoc est quam munde et quam temperate.

Quidam

enim bibentes digitos mediotenus poculis immergunt.

Alii unctas manus ad uestimenta suadent
rursus ad cibaria tractanda redeunt.

Aliis nudis articulis uice coclearis olera sua piscantur,
ita ut in eodem iure manus ablucionem
et uenter refectionem querere uideatur.

Alii

reliquias dencium suorum offas facturi
in poculis demergunt.

Hugo ibidem (de disciplina monachorum).

Postremo est observatio in cibo,

quomodo quis cibum sumere debeat.

Hoc est quam munde et quam temperate.

De immunditia comedendi pauca exempla
proferre sufficiat,

ut dum in quibusdam suis partibus cernitur,
facile per similitudinem ubique caveatur.

Quidam inter comedendum

dum scutellas exonerare volunt,

quadrata ferculorum frusta adipem

sive saginam superroratam distillantia

mensalibus involvunt aut super injiciunt,

donec iterum evisceratis interioribus ea

quae remanserant, in pristinum locum reponant.

Alii bibentes, digitos mediotenus poculis immergunt.

Alii unctas manus ad uestimenta sua detergentes,

rursus ad cibaria tractanda redeunt.

Alii nudis articulis coclearis vice olera sua piscantur,

ita ut in eodem jure et manus ablucionem

et uenter refectionem quaerere uideatur.

Alii semicorrosas crustas et praemorsas collyridas

cibariis iterando infigunt, et

reliquias dentium suorum offas facturi

in poculis demergunt.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*, 21
(PL 176, col.951A-952A).